

Deus: Qui unigénitum Fílium tuum Dóminum nostrum Iesum Christum, Sacerdotem ætérnum et universórum Regem, óleo exsultatiónis unxísti: ut seípsum in ara crucis, hóstiam immaculátam et pacíficam offerens, redemptiÓNis humanæ sacraménta perágeret: et suo subiéc-tis império ómnibus creatúris, ætérnum et universále regnum, imménsæ tuæ tráderet maiestáti: regnum veritátis et vitæ; regnum sanctitátis et grátia; regnum iustítiæ, amoris et pacis. Et ideo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis et DominatiÓNibus, cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

Que a tu Unigénito Hijo y Señor nuestro Jesucristo, Sacerdote eterno y Rey de todos, le unxiste con óleo de alegría, para que ofreciéndose a Sí mismo en el ara de la cruz, como hostia inmaculada y pacífica, obrase el misterio de la humana redención; y así, sometidas a su imperio todas las creaturas, su reino eterno y universal lo entregase a tu inmensa Majestad: reino de verdad y de vida, reino de santidad y de gracia, reino de justicia, de amor y de paz. Y por eso, con los Angeles y Arcángeles, con los Tronos y Dominaciones, y con toda la milicia del ejército celestial cantamos un himno a tu gloria, diciendo sin cesar:

✱ **Comunión: Salmo 28, 10 y 11** ✱

EDÉBIT Dóminus Rex in ætérnum: Dóminus benedíctet pópulo suo in pace.

SE sentará el Señor Rey para siempre; el Señor bendecirá a su pueblo con la paz.

✱ **Poscomunión** ✱

IMMORTALITÁTIS alimóniam consecúti, quæsumus, Dómine: ut, qui sub Christi Regis vexillis militáre gloriámur, cum Ipso, in cælésti sede, iúgiter regnáre possimus: Qui tecum vivit...

HABIENDO conseguido el Alimento de inmortalidad, pedimos-te, Señor, que cuantos nos gloriamos de militar bajo las banderas de Cristo Rey, con El mismo podamos reinar continuamente en la silla celestial. Que contigo vive y reina...




Una Voce México
Correo electrónico: info@unavoce.mx.org
Sitio web: www.unavoce.mx.org

DROPIO DE LA MISA

FIESTA DE CRISTO REY

Cortesía de Una Voce México



El Rey del amor se hizo víctima de su propio sacrificio.

✱ **Introito: Apocalípsis 5, 12; 1, 6** ✱

DIGNUS est Agnus, qui occísus est, accipere virtútem, et divinitátem, et sapiéntiam, et fortitúdinem, et honórem. Ipsi glória et impérium in sæcula sæculórum Ps. 84, 2. Deus, iudícium tuum Regi da: et iustítiam tuam Fílio Regis. Glória Patri...

DIGNO es el Cordero, que fue muerto, de recibir la virtud, y divinidad, y sabiduría, y fortaleza, y honor. A El gloria y poder por los siglos de los siglos. *Salmo 84, 2.* ¡Oh Dios Padre! da tu poder de juzgar al Rey Cristo; y tu cetro de justicia al Hijo del Rey. Gloria al Padre...

Regrese al Kyrie, en el ordinario

✱ **Oración o Colecta** ✱

OMNÍPOTENS, sempitérne Deus, qui in dilécto Fílio tuo, universórum Rege, ómnia instauráre voluísti: concéde propítius; ut cunctæ familiæ Géntium, peccáti vúlneri disgregátæ, eius suavíssimo subdántur império: Qui tecum vivit...

OMNIPOTENTE y sempiterno Dios, que en tu amado Hijo, Rey universal, quisiste restaurarlo todo; concédenos propicio que todos los pueblos, disgregados por la herida del pecado, se sometan a su suavísimo imperio. Que contigo vive...

Continúe con la Epístola hasta el Evangelio

✱ **Epístola: Colosenses 1, 12-20** ✱

RATRES: Grátias ágimus Deo Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis suæ, in quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum. Qui est imago Dei invisibilis, primogenitus omnis creaturæ; quoniam in ipso condita sunt universa in cælis et in terra, visibilia et invisibilia, sive throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates: omnia per ipsum et in ipso creata sunt: et ipse est ante omnes, et omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens; quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare; et per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, sive quæ in terris, sive quæ in cælis sunt, in Christo Iesu Domino nostro.

R. **Deo grátias.**

✱ **Gradual: Salmo 71, 8 y 11** ✱

DOMINÁBITUR a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum. V. Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes Gentes servient ei.

Allelúia, allelúia. V. *Dan 7, 14.* Potestas eius, potestas æterna, quæ non auferetur: et regnum eius, quod non corrumpetur. Allelúia.

HERMANOS: Gracias damos a Dios Padre, que nos ha hecho dignos de participar de la suerte de los Santos, iluminándonos con la luz; que nos ha arrebatado del poder de las tinieblas, trasladándonos al reino de su Hijo muy amado; por cuya sangre hemos sido nosotros rescatados y recibido la remisión de los pecados; el cual es imagen del Dios invisible, engendrado ante toda criatura; pues por El fueron criadas todas las cosas en los cielos y en la tierra, las visibles y las invisibles, sean Tronos, o Dominaciones, o Principados, o Potestades: todas las cosas fueron criadas por El y en atención a El. Y así tiene ser ante todas las cosas, y todos subsisten en El. Y El es la cabeza del cuerpo de la Iglesia y el principio de la resurrección, el primero que renació de entre los muertos, para que en todo tenga El la primacía; pues plugo al Padre poner en El la plenitud de todo ser, y reconciliar por El todas las cosas consigo, restableciendo la paz entre cielo y tierra, por medio de la sangre que derramó en la cruz, en Jesucristo nuestro Señor.

DOMINARÁ de uno a otro mar, y desde el río hasta los confines del globo de la tierra. V. Y adorarle han todos los pueblos de la tierra; todas las Gentes le servirán.

Aleluya, aleluya. V. *Dan 7, 14.* Su poder es poder eterno, que no le será arrebatado; y su reino un reino que no se deshará. Aleluya.

✱ *Sequéntia sancti Evangelii secundum Ioannem:*
R. **Gloria tibi, Dómine.**

EN illo tempore: Dixit Pilatus ad Iesum: Tu es Rex Iudæorum? Respondit Iesus: A temetipso hoc dicis, an alii dixerunt tibi de me? Respondit Pilatus: Numquid ego Iudæus sum? Gens tua et pontifices tradiderunt te mihi: quid fecisti? Respondit Iesus: Regnum meum non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent ut non traderer Iudæis: nunc autem regnum meum non est hinc. Dicit itaque ei Pilatus: Ergo Rex es tu? Respondit Iesus: Tu dicis quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati: omnis qui est ex veritate, audit vocem meam.

R. **Laus tibi, Christe.**

Regrese al Credo, en el ordinario

✱ **Ofertorio: Salmo 2, 8** ✱

QUESTULA a me, et dabo tibi Gentes hereditatem tuam, et possessionem tuam terminos terra.

QÍDEME, y te daré a los Gentiles por herencia, y por posesión tuya hasta los confines de la tierra.

✱ **Secreta** ✱

HÓSTIAM tibi, Dómine, humanæ reconciliationis offerimus: præsta, quæsumus; ut quem sacrificiis præsentibus immolamus, ipse cunctis gentibus unitatis et pacis dona concedat, Iesus Christus Filius tuus Dóminus noster: Qui tecum vivit...

HRECÉMOSTE, Señor, la Hostia con que la humanidad fue reconciliada con su Dios; para que Aquel a quien inmolamos en este presente sacrificio, el Mismo conceda a todos los Pueblos los dones de la unidad y de la paz, Jesucristo Hijo tuyo y Señor nuestro. Que contigo vive...

✱ **Prefacio de Cristo Rey** ✱

VERE dignum et iustum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique grátias agere: Dómine sancte, Pater omnipotens, æterne

VERDAD es digno y justo, equitativo y saludable, el darte gracias en todo tiempo y lugar, Señor santo, Padre omnipotente, Dios eterno.